Consorti mariti sui tenebit habebit possidebit illisq[ue] utifruetur ad extrema vitae
sua tempora et post mortem eius bona eadem omnia in Successores mariti sui sine
ulla contradictione Successorum consortis praefatae tenduntur debent. Simili etiam modo quod
si prius praefatam olim Helizabetham Zalenska quam maritum eius olim Ge
orgium Plonowski mori contigerit extunc idem Maritus bona omnia et sin
gula Consortis suae tenebit habebit possidebit illisq[ue] ad extrema durantis vi
tae suae tempora utifruetur. Post mortem vero suprascripti mariti sui bona
omnia suprascriptae coniugis suae in Successores eiusdem sine ulla contradictione
et quovis impedimento Successorum mariti sui tenduntur et tenduntur debent.

Domanowski Idzkowską Reformat

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Bransen[sibus] personaliter comparens No
bilis Albertus olim Ambrosii Domanowski in Domanowo haeres Sanus mente
et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Dorothea Idzkow
ska filiae olim Alberti Idzkowski consorti suae futurae sibi in matrimonium
desponsatae Dote vero dotis post eam acceptae et in bona sua importatae in
medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium quae habet
et in post favente divina clementia habendorum et acquirendorum. Omnis bonorum
[illegible] paternorum maternorum haereditariorum et obligatoriorum dotalicij vero
Ducentorum Quinquaginta floren[orum] polon[icalium] Addotalitij vero aliam Summam
Quinquaginta floren[orum] polon[icalium] inscribit reformat assecurat dotaliciat addota
licat more aliorum Dotaliciorum hoc in Regno Poloniae observari solitorum.

Inter G. Lyczko et Oborskich Approbatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Bransen[sibus] personaliter comparentes
Generosus Nicolaus Lyczko de Klien et Kalinowiec ab una Et Generosus
Janusius a Obory Oborski tanquam tutor Successorum olim Generosi Hieronimi
Oborski atque Generosus Albertus Adultus per se Jacobus vero annos
Discretionis et Martinus adhuc inhabilis filij olim Generosi Hieronimi
Oborski adulteri quidem per se iuniores vero cum memorati Generosi
Janusij Oborski patrui sui et tutoris legitimi personali assisten[tia] et Consensu
praesentaneo Sani mente et corpore existentes palam liberoque ac per ex
pressum recognoverunt et quilibet eorum suo interesse recognovit.

8440

Quia ipsi inter se interciam certam seu contractum de Data in Dolobowo Decima Octava Maij Anno pnti confectam manibus suis et certorum amicorum subscript et Vadio Mille Quingentorum florenorum poll firmatam in Omnibus eiusdem Interciae punctis Conditionibus approbant confirmant et ratificant. Hac Omnia in ead intercisa expressa se de omnibus bonis cum posteris suis tam in toto quam in quavis minima parte tenere adimplere et observare mutuo et adinvicem se de omnibus bonis suis mobil et immobil cum posteritate sua submittunt et inscribunt. Sub Vadio simili aliorum Mille Quingentorum florenorum poll in defectu alicuius Conditionis per partem aliquam non explectionis ad silvendum irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem Vadio ex quacunq ratione succubito pars Intercisa seu alicui Conditioni contraveniens aliqua ex Instantia alterius partis ad officium pntis Castren Capitaneatus Bransceñ citata exnunc sive cumnunquam potest citati existentes in primo citationis Termino tanquam peremptorio peremptorie stare se parere respondere et pro Vadio succubito et citatis Omnibus ab officio non recedendo satisfacere ac omne iudicatum pati tenebitur illiusq successores tenebuntur. Eundem Terminum primum peremptorium et alios Omnes causa eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Vel simplici infirmitatibus actione pro maiori minorennitate successorum tarda extraditione mala positione in ordinaria scriptione ac ignorantia citationis processusq in contrariam obtenti Juratoria evasione Conventione Generali Vel particulari expeditione bellica servitio militari Interregno absentia Regis a Regno legatione intra Vel extra Regnum et alijs quibusvis legalibus impedimentis nec non dilationibus omnibus ac etiam Aplomitus cunctis tam in accessorio quam Principali negotio etiam Ultima Instantia Vari sanctionis earumq prosequutionibus ac alijs in Universum iuris remedijs et defensis de iure fieri solitis se et suos successores Vti abrenuendo.

G. Lyczko

Debitum

Coram officio et Actis pntibus Castren Capitan Bransceñ pti Comparentes Generosi Albertus Obrolu Adultus et Jacobus annos Octodecem